

moralis non tantum, quod DEUS prohibuit aliquid addere, aut auferre *Deut. 4. v. 2. & cap. 12. v. 32.* perfectionem illam commendat *David Psalm. 19. v. 8.* omnia officia erga DEUM & proximum comprehendat, teste *Christo Matth. 22. v. 37. 38. 29.* sed & quod ipse *Matthai 5. v. 17.* dicat, *se non venisse legem solvere, sed implere.* Nec obstat, quod *Sociniani* hoc dictum tanquam Telum quoddam in nos vertant, atque *primò* colligant: si Christus legem impleverit, eam perfecisse, adeoque hoc voluisse, nullo pacto se abrogaturum quod præceptivum habeat, totum illud integrum ex Doctrina sua permanens, sed tantummodo aliquid amplius dicturum, quod ad perfectionem & absolutionem ejusmodi præceptorum pertineat: quod probare intendit *Jonas Schlichtingius* contra *B. Meisnerum* sequentibus; nam *primò* dicit: cur dicit Servator: *ne putetis, quod venerim solvere legem aut Prophetas?* nonne his Verbis judicat, videri alicui potuisse, licet immeritò, Christum venisse ut legem solveret? at si non alio fine, quod quidem ad Doctrinam attinet, venerat, idque etiam profitebatur, quam ut legis Interpretem ageret, & erroneas interpretationes à Scribis & pharisæis confictas reprehenderet ac refutaret, quam quæso huic opinioni ansam vel speciem dedisset? sed quia novam quandam & legali perfectiorem Doctrinam afferre se profitebatur, idque etiam re ipsa faciebat, certe videri, quamvis injuria poterat, venisse, ut legem solveret. Deinde apertissimè dicit Servator, se non venisse ut legem ipsam impleverit; de impletione autem, quæ fiat per Doctrinam, non quæ fiat per obedientiam eum præcipuè loqui, sequentia indicant, & omnes agnoscunt; Ipsam ergò Legem Christus doctrina sua implebat, id est (metaphora à vase ducta, quod non parum quidem jam liquoris alicujus contineat, sed qui nondum tamen ad ipsam labrorum extremitatem pertigerit) nova ad illam pietatis præcepta addebat, ut omni ex parte plena & omnium virtutum præceptis exundans esset: at quæso quid ad rem faceret, si postquam dixisset se venisse, ut legem impleverit, non legem ipsam in sequentibus perficeret & cumulatiorem redderet: sed à perverfis Interpretationibus tantum vindicaret. Nam *primò* hæc omnia sunt veritati adversa. Scopus Christi est, sese opinionibus pharisæorum opponere, qui legem solvebant suis Interpretationibus, ad quas etiam vitam componebant, & pro lege decertare; Confer cum hoc Scopo *Photinianorum* Expositionem, & patebit, quantum illa

illa ab eo ab
 ea solvere le
 nam, finge
 præceptum
 Christum
 perfectum, ut
 etiam de prop
 lationi illius,
 hanc falsâ do
 nu militat.
 Declarat
 quia, Omnia
 calogo: ut
 modo in ill
 pia prima leg
 hinc præcep
 ximum dilig
 ri ne fecerit, de
 quibus primis prom
 calogo contine
 sapienter dicit
 præceptis deduc
 teris illis affinis
 prout. Ubi a
 quibusunque le
 centiam eandem
 dicit secundum
 cit: Sicut præ
 quandam comm
 ordinaut homin
 cum hominum su
 Republica reperi
 præst. & ordinat
 in & Republica
 primò iurantur qu
 & inde alia quæd
 ximus simul con
 civitatis tr